

cunctantia interrogare: nec ipsa interrogata tenebitur respondere.

16 Ad argumenta primæ sententiæ num. 3. proposita respondetur. Ad primum dic, naturam concessisse claustrum ad eos dyos fines, ita tamen ut esset sub dominio, & potestate foeminae, aliter eo vti, non quidem licitè, sed absque iniustitia: ut concessit oculos ad videndum, & cæteras corporis partes ad destinatos vsus, ita ut homo maneret dominus talis vsus, quantumvis peccet, si ijs abutatur. Nec est simile de abscisione manus: ea enim est contra vsum, eius naturæ concessit dominium: ut explicui nu. 7. Ad priorem confirmationem, negandum est, foeminam non esse dominam claustrum virginem, ita ut possit ad libitum vti absque iniustitia. Ad posteriorem, dispar longè est ratio, quod in matrimonio is contractus inatur ex ipsiusmet matrimonij natura, ut uterque coniux sit dominus corporis alterius ad solum proprium vsum, & non amplius. Vnde etiam si coniux velit alteri corpus suum præbere, eius dominio caret, & delinquit contra iustitiam, abutens re aliena: nec alter coniux potest absque iniustitia adulterij, consensum illi abusu præstare, quod ad solum actum matrimonij, eius corporis dominium habeat. Nec confert etiam consensus utriusque coniugis, esset quippe contra bonum fidei, & prolis, quæ matrimonio suapte natura in sunt, atque illis coniuges renuntiare nequeunt. Contra bonum fidei, quia violatur fides sibi iniunctæ præstita in matrimonij contractu. Contra bonum prolis, quia si est foemina quæ est adulterij rea, erit proles incerti patris. Vnde semper est specialis deformitas contra matrimonij finem. Ad secundum dic, nil probare contra nostram sententiam, in fauorem illius sententiæ. Nam ferè vniuersi Doctores fatentur primum concubitum viri, primamve eius pollutionem, carere circumstantia necessario fatenda: cum tamen opponatur similiter virtuti virginittatis, quæ tunc amittitur. Quamobrem ut respondemus, præmitrendum est cum D. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 3. castitatem, & virginittatem se habere inter se, instar magnificentiæ, ac liberalitatis. Quare sicut liberalitas, & magnificentia, sunt speciales virtutes, inter se distinctæ: quod illa circa moderatos sumptus, hæc autem circa magnos versetur. Ita castitas, quæ assimilatur liberalitati, & virginittas assimilata magnificentiæ, sunt diuersæ virtutes: differuntque, quod casti-

tas sit voluntas abstinendi se ab omni actu illicito: venero: virginittas autem ab illicito, & licito, qualis est coniugalis. Hoc præmissis, dic materiale virtutis virginittatis esse integritatem carnis, & per accidens esse habere ad virtutem virginittatis. Nam non definit foemina esse virgo, si casu, aut causa medendi morbo, aperiantur claustrum: aliquo o instrumento. Formale autem consistit in abstinencia: omnis carnalis delectationis, etiam coniugalis. Vnde per quamcunque pollutionem, & concubitum: prima, amittunt vir & foemina virtutem virginittatis, & per primum concubitum perdit foemina integritatem corporis: ad neutra iactura arguitur speciem deformitatem, & speciale vitium. Non prima, quia ea non opponitur specialiter virginittati, ut specialis virtus est, distincta à castitate, sed eodè proflus modo opponitur castitati: vnde non constituit speciale peccatum: speciale enim dicitur, quod specialiter opponitur formalitati alicuius virtutis. Non etiam secunda, quod illa non opponitur formalitati virginittatis, sed materiali, quod in ea reperitur. Quare virginittas ut specialis virtus distincta à castitate est, non habet virtutem oppositam, sicut nec magnificentia, ut distinguatur à liberalitate. Ut ergo breuiter satisfiat argumento, distinguenda est maior, opponitur virginittati, quoad eius formale, & ut distincta virtus est à castitate: negatur: opponitur autem quoad materiale, & ut coincidit cum castitate, conceditur. At hoc non sufficit ad specialem deformitatem: vt explicui. Ad tertium, constat ex dictis nu. 7. vbi discrimen explicui. Ad quartum, constat ex dictis num. 5. & similiter ad confirmationem, vbi probauimus, non teneri virginem ad seruandum claustrum illasum ex lege iustitiæ, ob bonum prolis: atque id non constituit specialem malitiam distinctam à simplici fornicatione. Ad argumenta secundæ sententiæ proposita num. 4. respondetur. Ad primum dic, stupratorem non directè, & verè contriustitiam lædere honorem, & parentum facultates, sed intercedenti voluntate filie, quæ tanquam sui corporis, & nuptiarum domina, ius habet, ut absque iniustitia id damnum indirectè inferat vtrò iure suo: à quo non tenetur se abstinere ex iustitiæ præcepto, vt id damnum cauet: vt nu. 5. probauimus. Ad secundum dic, id ius competere patri dependenter à voluntate foeminae, quæ tanquam domina potest liberè

absque

absque iniustitia vti suo corpore. Ad tertium dic matrimonium esse statum perpetuum, & magni momenti in eo non errare, & ita maior est impietas aduersus reueren-

tiam patri debitam eo inconsulto eum statum eligere. Ad vltimum constat ex dictis eodem num. 1. vbi oppositam sententiam probaui.

DISPUTATIO DECIMAQVINTA.

An incestus cum consanguineis, vel affnibus, matrimonio ineundo impedimentum præster?

SVMMARIVM.

Incestus cum consanguineis vxoris impedit, sed non dirimit matrimonium. nu. 1.

Quid, si vxor peccet cum consanguineis viri, & an possit per eam debita mitteri. 2.

An ipsi consanguineis coniugis, cum quibus incestus admissus est, interdicitur matrimonium? nu. 3.

Vsq; ad quem gradum extendatur hic incestus cum consanguineis coniugis, impediens matrimonium? nu. 4.

Quid, si sit copula cum consanguineis sponsi, vel sponse de futuro, & vsq; ad quorum gradum? Et enodatur. c. duo pueri, de despons. impub. nu. 5.

Quid, si cum consanguineis sponsa de presenti, non dum matrimonio consummat: & vsq; ad quorum gradum? Et an ea copula impediat debiti petitionem? nu. 6.

Quid, si cum affine, orta affinitate ex sola fornicatione? nu. 7.

Quid, si cum cognata legali, vel spirituali, numer. 8.

An desideretur scienter incestum admissum esse, & excuset ignorantia culpabilis, iuris, vel facti? nu. 9.

Quid, si foemina renitens, aut timore compulsæ cognoscatur? nu. 10.

Quid, si copula cum affini, non sit consummata? nu. 11.

Quid, si copula cum consanguineis coniugis, sit post eius obitum? & an desideretur ut simul concurrant adulterium, & incestus? nu. 12.

Quid, si incestus sit occultus? nu. 13.

An sit necessaria sententia iudicis ad hoc impedimentum? nu. 14.

An incestus cum consanguineis proprijs impediat matrimonium? Refertur sententia asserens impedire: & nil referre, siue ante, siue post, matrimonium admittatur. nu. 15.

Proponitur contraria Auzhoris sententia, numer. 16.

Soluantur argumenta: & enodantur cap. si quis viduam. 32. quest. 7. & cap. de incestis. 35.

quest. 3. & cap. si duo. 35. quest. 6. & cap. finale. 35. q. 8. nu. 17.

N hac disputatione constat inter omnes, incestum admissum à viro cum consanguineis fuy vxoris impedire, non tamen dirimere matrimonium, ut constat ex. c. 1. & c. transmissæ, de eo qui cognouit. cōsang. vbi tali incestuoso interdicitur matrimonium. Cùm tamen nil addatur, quod ipsum cōtra prohibitionem initium, irritari denotet, non erit irritum, iuxta regulam traditam hoc lib. 7. disp. 2. nu. 10. Vnde non sunt audiendi quidam, quos tacito nomine refert, nec improbat gloss. c. si quis cum duabus verb. penitentiam. 33. q. 2. asserentes id matrimonium esse irritum. Sed vniuersi Doctores contradicunt, referentes hoc impedimentum inter solum impedientia: quod nullus reperitur textus, qui id esse dirimens decernat. Ratio autem legalis impedimenti optime assignatur à Caetan. 2. 2. q. 154. art. 9. col. 2. §. ad secundam obiectionem: quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti à coniuge, eodè quod inde coniuges efficiantur affines: & quia incestuosus non veritus est conjugem sibi facere affinem, ac plenum coniugij vsum impedire, ideo punitur in ipso matrimonio cōtra quod deliquit: & interdicit sibi aliud matrimonium cum quacunque alia persona contrahere. Atque ita D. Thom. 4. d. 34. q. vnic. ar. 5. in solutione ad argumenta, & ibi Ricardus art. 4. q. 2. ad 1. Turrec. c. quædam cum fratre. 32. q. 7. nu. 2. ad. 3. dicunt incestum præstare hoc impedimentum matrimonio ineundo, non tatione culpæ, quàm ratione affinitatis cōtra factæ.

Quamvis autè apparenter posset aliquis existimare, non idem impedimentum incurri, si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri, quod omnes tex-

tus

rus toto tit. de eo qui cognouit consanguineam. vxo. vbi id impedimentum statuitur, de solo viro cognoscente vxoris consanguineam, loquantur. Et in simili, hoc lib. disp. 12. nu. 25. probauimus textus imponentes penas raptori feminae, non extendi ad viri raptorem. At idem prorsus impedimentum incurrit, absq; dubio dicendum est. Eadem enim prorsus est ratio: cum ratio huius impedimenti sit iniuria matrimonij propter affinitatem contractam: quae omnino eque in vtroq; incestu reperitur. Adde etiam vtrumq; esse frequentissimum. Et ideo non est simile exemplum adductum de raptu. Quia raptus feminae frequens est: raptus autem viri rarissimus, & vix auditus: atque ideo leges quae communitur accidentia respiciunt, praetermissio tanquam raro, raptu viri, raptui soli feminae penas statuere. Tadem, quia, c. si quis viduam. 32. q. 7. & c. si quis cum matre. 34. q. 2. dum hoc impedimentum statuunt, loquantur expressè etiam de femina. Et ita tenent Palud. 4. d. 34. q. 1. ar. 2. nu. 12. & ibi Supplementum Gabrielis. q. vnica. ar. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Syl. matr. 7. q. fin. dicto. 3. Armilla verb. matrimon. n. 57. Petrus de Soto lect. 14. de matrim. §. huc impedimento interditi. Sarmiento lib. 7. seclorum. c. 10. statim in principio. Veracruz. 1. p. specul. ar. 23. conclus. 2. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 295. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 23. num. 5. & 21. Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 12. paulò post principium. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 137. Celala. 4. d. 34. q. 3. cõel. 1. Toledo lib. 7. summa. c. 15. num. 1. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione. §. si quis autem vers. si quis autem. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. c. 46. §. circa. §. impedimentum. Immo quantum nullus sit textus qui loquatur de vxore incestuosa cum viri consanguineis, dum interdicit debiti petitionem, sed omnes loquantur de viro incestuoso: idem prorsus dicendum est de vxore incestuosa: nequit enim petere debitum à viro. Et constat ex rationibus proximè adductis. Et praeterea, quia sunt correlatiua, & militat eadem ratio in vtroq; in quo casu eandem quoq; dispositionem locum habere probat latè Euerardus in suis Topicis, loco à correlatiuis. Et ita docent Palud. supplementum Gabrielis D. Anton. Syl. Sarmiento, Gutierrez, Matienço nu. 103. Corduba, Gaeta nuper citati. Victoria summa. vbi de matrim. nu. 288.

Sorus. 4. d. 37. q. vnica. ar. 2. conclus. 2. Palecios. 4. d. 34. disp. 2. colum. 9. vers. quòd si obiceris.

Nec tantum ipsis coniugibus incestus huiusmodi reus, interdicitur aliud matrimonium, sed etiam illis consanguineis coniugis, cum quibus alter coniux incestum admisit. Constat ex c. 1. de eo qui cognouit. cõsang. ibi: *si quis cum filiastra sua, scienter fornicatus fuerit, nec filiastra, nec ille vllò vnquam tempore, aliq; poterunt matrimonio copulare.* Et notant ibi Ioan. And. n. 3. Host. ad finem, super verb. sicut filiastra. Anton nu. 4. Anchar. sine. Palud. 4. d. 34. q. 1. ar. 2. conclus. nu. 12. idem definitur. c. si quis cum nouer ca. 32. q. 7. quod defunctum est ex concilio Triburienfi, ibi: *si quis cum nouer sua dormierit, neuter ad coniugium potest peruenire.* Et ratio est, quòd iniquè cõcurrerint ad iniuriam irrogandam matrimonio, contracta affinitate inter coniuges, ex qua impeditur vnus matrimonij.

Hoc autem impedimentum extendebatur atq; iure communi vsq; ad 4. gradus: ita vt confux incestum admittens cum consanguineis alterius coniugis intra quartum gradum, incurreret hoc impedimentum (vt circa prohibitionem petendi debitum, quae pari passu currunt, dicam lib. 10. disp. 27. nu. 12. & ibi rationem reddam huius extensionis, quantum textus de primo gradu loquantur.) Atq; ita docent Assensius. 2. par. summa. lib. 8. tit. 10. ar. 1. initio. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 23. nu. 5. Et sic intelligendus est Toledo lib. 7. summa. c. 15. nu. 2. vbi dicit extèdi vsq; ad 4. gradum: cum tamen post Tridentinum scripserit. At hodie cum Tridentinum sel. 24. de matrim. c. 4. restrinxerit affinitatem ex fornicatione ortam ad secundum gradum: ac proinde ex copula cum consanguineis coniugis citra secundum gradum, non oriatur hæc affinitas cum altero coniuge, quam esse causam huius impedimenti, probauimus nu. 1. inde est vt hoc impedimentum sit quoq; restrictum, & hodie non oriatur, nisi ex incestu cum consanguineis coniugis intra secundum gradum. Et ita docent Otandus. 4. d. 41. disp. vnica, propositione. 7. Emman. Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis tantum impedientibus nu. 7. Vualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrimonio nu. 269. Et in simili, nimirum, tantum incestum in prædicto secundo gradu impedire petitionem debiti, attento eodè Tridentini decreto, dicemus, & latius pro-

bab-

bauius relata contraria opinione, lib. 10. disp. eadem. 27. n. 14.

Dubitabis autem, an impedimentum hoc oriatur ex copula cum consanguineis sponsi, vel sponsae de futuro, contra publicam honestatis impedimentum? Quidam esse impedimentum negant. Quòd non sit proprie incestus, qui solum hac pena punitur. Ita Angelus verb. incestus. nu. 5. relata glossa. c. quidam. 27. q. 2. quae id minimè dicit. Idem tenet Veracruz 1. p. Specul. ar. 23. in quodam dubio quod mouet post secundam conclusionem. Ceterum dicendum est, ex ea copula oriri impedimentum contrahendi matrimonium. Quod probat. text. c. 2. de eo qui cognouit consanguineum. ibi: *si matrem sponsae cognouit, si sponsa nunquam carnaliter adhaesit, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere.* Quem textum intelligi de sponsa per verba de futuro, vel ex eo constat, si enim esset de presenti, non posset cum alia contrahere, ex dispensatione Episcopi. (de ea enim dispensatione intelligitur, quia cõceditur dispensatio, & non reuertitur potestatis: vt bene docent ibi Abb. nu. 5. Alex. de Neuo. num. 3. At quia solum erat sponsa de futuro, & sponsa iam soluta fuerat, ob affinitatem contractam cum sponsa, ortam ex copula cum eius matre, datur facultas cum alia contrahendi, ex dispensatione tamen Episcopi. Et ita intelligunt illi textum de sponsalibus de futuro, glossa ibi, verb. matrem sponsae, Innoc. num. vnico. Hostiens. statim in princ. Ioan. And. n. 4. Anton. n. 5. Abbas in casu positione, & n. 2. & 4. Alex. de Neuo. n. 2. & 7. Atque id etiam probat. c. duo pueri, de spons. impub. quod statim referam, & ponderabo. Et huius sententia sunt, gloss. eo. c. 2. verb. ex dispensatione, Ioan. And. n. 4. Ant. n. 2. & 5. Præpos. nu. 4. D. Bonau. 4. d. 34. ar. 3. q. 2. in fine corporis. Ricard. ibi. ar. 4. q. 2. in fine corporis. Palud. q. 1. ar. 2. n. 13. Supplementum Gabrielis. q. vnica. ar. 1. Syl. verb. luxuria. q. 4. in fine. Turrecr. c. quaedam cum fratre. 32. q. 7. n. 2. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 408. Matienço lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. n. 138. Cord. in suo questionario, lib. 1. q. 12. paulò post princip. Palae. 4. d. 34. disp. 2. col. 11. vers. Ceterum forte. Et Doctores statim allegandi hoc impedimentum fatentur: & solum inter illos controuertitur, an sit perpetuum. E rationem huius impedimenti bene assignant. gloss. c. duo pueri, verb. dabitur, de despons. impub. & ibi Anton. sine,

Cardin. sine, inducunt enim est violatum publicam honestatem ortam ex sponsalibus, accedendo ad sponsae consanguineam. Non leuis autem controuersia est, an hoc impedimentum sit perpetuum? Dubitandi ansam praebet. c. duo pueri, de desponsat. impub. ibi, in fine. At verius est, impedimentum esse temporale, nimirum, dum viuunt complex delicti, cum quo incestus ille contra publicam honestatem admittitur: nec enim complex viuenti sponso, nec sponsae viuenti complice, poterunt matrimonium quodcumque inire: altero autem vita functo cessat impedimentum, ac liberum esset superstiti ad nuptias transire. Id enim probare videtur s. textus, dum solus altero superstitite negauit matrimonium. Et ita docent Abbas eo. c. duo pueri. n. 7. Alexander de Neuo. n. 9. Præpos. n. 4. statim in princ. Couar. 4. decret. p. 2. c. 6. in princip. n. 4. Anton. Cucus lib. 5. in fin. maioris, tit. 12. n. 28. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. cõr. vbi de matrim. c. 46. impedimentum. §. sine. Sed cur tantum altero viuente hoc impedimentum inducitur? Abbas eo. n. 9. dicit rationem esse, quia vulgus existimabat matrimonium esse inicum: & ideo ne sponsus videtur secundum matrimonium inire, id sibi interdicitur, dum alter superstitus est. Sed iure optimo, Alexander de Neuo ibi. n. 9. reprehendit hanc rationem, nam ea stante spectanda esset mors sponsae, vt cessaret scandalum secundum matrimonij initium: at ea non est spectanda, sed mors complicitis delicto incestus. Vnde optimè dicit, rationem legitimam illius decisionis esse, ne delictum maneat impunitum. Et quia non est tantum delictum, nec proprie incestus, ac copula habita cum affine: ideo mitiùs punitur, inducitur solum impedimento temporali. Hodie autem hoc impedimentum non excedit primum gradum, quauis olim ad quartum protraheretur. Quare hodie sponsus de futuro rem habens cum consanguinea sponsae in secundo gradu, nullum incurrit impedimentum. Quia statutum est ob publicam honestatem violatam, At publica honestas non excedit hodie primum gradum: attento decreto Tridentini, sel. 24. de matrim. capit. 3. Et ita tenet Veracruz. 1. p. Specul. ar. 23.

in

in quodam dubio quod mouet post. 2. conclusionem.

6 Ex ratione autem proximè tradita, forsitan inferet aliquis copulam habitam cum consanguineis sponsæ de præsentis ante matrimonium consummatam, non præstare impedimentum perpetuum, sed temporale matrimonio alij contrahendo: nimirum, dum complexi uiuit. Quod ea copula non sit propriè incestus. Hic enim propriè est cum consanguineis, vel affinis. c. 1. 36. q. 1. At ante carnis copulam non est propriè affinitas contracta cum consanguineis sponse: sed intercedit impedimentum publicæ honestatis, ut in eo impedimèto dicemus. Verùm contrarium dicendum est, nimirum, impedimentum esse perpetuum, sicut si esset copula cum consanguineis coniugis cognitæ. Quod probatur ex c. 1. & c. transmissæ. de eo qui cogn. consang. ubi pariter interdicatur matrimonio in perpetuum, & petitiõ debiti, incestuoso cū consanguineis cõiugis. At quoad petitionem debiti, necessariò intelligi debet de accessu ad consanguineam uxoris, etiã matrimonio non consummato. Quòd id impedimentum nascatur ex affinitate contracta cum vxore in matrimonij iam initi inuriam. Quod què sit ante, & post matrimonium consummatum. Et ita accedenti ad consanguineam sponsæ de præsentis, ante matrimonij consummationem, interdici petitionem debiti, affirmant tanquam rem claram, Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. n. 26. D. Anton. 1. p. tit. 1. c. 11. col. 3. vers. nota etiã. Angelus matrimonium 3. impedimèto. 15. nu. 2. Syl. matrimonij 8. quæst. 15. dict. 7. & verb. luxuria. quæst. 4. dicto. 5. Sotus. 4. d. 37. q. vnic. art. 2. Couar. 4. decret. 1. p. cap. 7. §. 2. num. 6. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 408. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 23. nu. 15. Celaia. 4. d. 34. q. 3. cõcl. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 5. art. 6. dubio. 4. quod mouet circa tertium statum affinitatis. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 4. 1. post. 2. conclusionem. §. scire tamè hic oportet. Ludoncius Lopez. 1. p. instructo. rij. c. 296. §. vltim. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. ubi de matrimonio num. 207. Similiter ergo idem dicendum est quoad impedimentum perpetuum matrimonij inducendum. Fortiter etiam probat hoc cap. de forerationem; eodem tit. ubi casus est, de femina uolenter cognita ex uoluntate sponse de præsentis, ante matrimonium consummatum, à consanguineo ipsius sponsi: & ibi

dicatur affinitatem illam contractam cum sponsa de præsentis, absq; eius culpa, ei officere non debere: secus ergo esset, ubi uolens cognita esset. Tandem, quia ratio huius impedimenti perpetui est, affinitas iniuriam, eius usum impediens (vt diximus nu. 1.) Quæ ratio similiter procedit, quando copula est ante matrimonij consummationem, unde non est simile de sponsalibus. Quia licet in utroq; casu non sit propriè incestus: at in sponsalibus non læditur matrimonium iam initi. Quare Syl. verb. luxuria. q. 4. dicto. 5. absolute dixit copulam cum sponsa de præsentis nondum cognitæ consanguineis, impedire debiti petitionem, & aliud matrimonij eo soluto iniri. Impedimentum autem hoc est vsque ad secundum consanguinitatis gradum, vt de copula cum consanguineis coniugis, diximus nu. 4.

7 Immo incestus cum affini, nullo subsistenti matrimonio præstat impedimentum perpetuum matrimonio cõtrahendo. Probatur ex cap. si quis cum matre. 34. q. 2. ibi: *Si quis cum matre, & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem: illa uero si uoluerit, accipiant maritos. Si autem hoc scierint, ipsa femina absque maritis perpetuo maneat.* Et ex c. si quis cum duabus. 33. q. 2. quod est Nicolai Pontificis, ibi: *Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus, si quãquam egerit penitentiam, & castitatis non ualuerit continentiam sustinere, licet ei legitimam in coniugio uxorem accipere.* Nec ualet solutio Ouan di quem statim referã, qui ita exponit hos textus, si altera earũ erat vxor. Quia utroq; textus dicit, si cum utraq; fornicatus fuerit: cum vxore autem nequit esse fornicatio. Et ita etiam aperte probat. c. si quis uiduam. 32. q. 7. quod est ex concilio Moguntinensi, ibi: *Si cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, &c. eos disiuugi, & alterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.* Atq; sic docent Nauar. summatina. c. 22. nu. 74. Antonius Cuxus lib. 5. instructio. num. maiorum tit. 12. nu. 27. sine. Corduba summa. d. 55. Toledo lib. 5. summae cap. 12. num. 4. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 58. art. 4. dubio. 2. §. tertio arguitur. Vega. 2. tomo summe cap. 5. casu. 42. & idem uidentur tenere alij indistinctè dicentes, incestum cum affini producere hoc impedimentum. Hi sunt, Palud. 4. dist. 34. quæst. 1. art. 2. num. 13. concl. 2. Abulenti

cap. 5. Matth. q. 200. Rebuffus praxi beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, gloss. 5. numer. 26. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 295. Verùm contradicit Ouandus. 4. dist. 41. disput. vnica, propositione. 10. cui consonat Caiet. 2. 2. quæst. 154. artic. 9. colum. 2. §. ad 2. obiectionem, ubi ait solum incestum cum consanguineis coniugis impedire. Ratio etiam huius impedimenti num. 1. posita, probat solum huc incestum cum consanguineis coniugis præstare hoc impedimentum. Nec cap. si quis uiduam, probat intentum. Explicabitur enim num. 17. & ad cap. si quis cum duabus, responderetur eodem modo, quo eodem num. 17. respondimus ad c. si duo. 33. q. 6. idè enim tenor est utriusq; textus. Solutio text. c. si quis cum matre, me urget, sed loquitur in casu valde speciali, & enormi, nimirum, incestus cū matre, & filia: et ita gloss. ibi verb. hoc scierint, uidetur sentire esse casum specialem. Et ita sentio non omnè incestum cū affinis, orta affinitate ex fornicatione, impedire: sed quando est cū matre, & filia: & tunc ipse quoc; incurrit idè impedimentum, si conscientia fuerint incestus, vt expresse dicitur eo. c. si quis cum matre.

8 Id autè impedimètu minimè oritur ex incestu cum cognata legali, vel spirituali. Quòd nec is propriè incestus sit: nec inueniatur textus illud statuens. Et ita docent Palud. & Gaeta nu. præcedenti allegati. Supplementum Gabriëlis. 4. d. 34. q. vnica, art. 1. Nauarrus lib. 4. consiliorum, in 2. editione tit. de cognitione spirituali, consilio. 8. nu. 8. Palacios. 4. d. 34. disput. 2. colum. 11. vers. ceterum forte.

9 Doctrina hucusq; tradita de incestu cū consanguineis coniugis impediente matrimonium, solet aliquibus modis limitari à Doctõribus. Primo, vt intelligatur quando scienter admittit esse incestus. Id enim expresse uerbis petit capit. 1. de eo qui cognouit consanguini. Cum enim ignorantia à culpa incestus excuset, excusabit quoque ab eius pena. Et ita uniuersi Doctores fatentur. Vtrum autem excuset ignorantia culpabilis, & solius facti, an etiam iuris dicam lib. 10. disput. 3. 2. num. 44. Eadem enim est ratio in utroque casu, nimirum, vt ob eum incestum interdicitur aliud matrimonium, & petitiõ debiti à coniuge. Nam utrumque simul interdicit id capit. 1. & ad utrumque petit scienter incestum commissum esse.

10 Secundò temperatur, nisi femina à consanguineo marito uolenter cognita sit. Cum enim nullius culpe rea sit, omnè euadit penam: vt expresse habetur. c. discretionem, de eo qui cognouit consang. & nemo de hoc dubitat. Is uero maritus consanguineus qui uolenter cognouit, tanquã ueri incestus reus, & affinitatis contractæ inter uirũ & uxorem, incurrit impedimètu ad contrahendum matrimonium, iuxta dicta nu. 3. Qujã autem, si non omnino inuita, sed timore compulsa consensit incestui dicemus lib. 10. disput. 31. num. 4. circa impedimentum petendi debitum ex ea copula ortum. Idem enim de utroq; impedimèto dicendum esse probauimus num. præcedenti, & num. 6. Nam utrumq; impedimètu simul in iure statuitur, vt constat ex cap. 1. & cap. transmissa, de eo qui cognouit consang.

11 Tertio temperatur, si incestuosa copula sit consummata, ex qua oritur affinitas. Cū enim ratio huius impedimenti sit affinitas iniquè contracta (vt diximus. n. 1.) si copula non sit consummata intra uis legitimæ feminae, emittente uiro semen, non producat eam affinitatem, & proinde nec impedimentum. Adde, cum hoc sit pena, & subinde restringendum, petere delictum consummatum esse. Et ita docent Lá celotus influita iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognat. §. si quis autem uerf. cõmissit. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. de matrim. nu. 97. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 50.

12 Quartò limitatur, si incestus commissus sit cū consanguineis coniugis adhuc uiuentis: non enim præstat id impedimentum, si mortuo iam coniuge perpetretur. Ita docent Sorus. 4. d. 37. quæst. vnica, art. 1. paulò post primam conclusionem. Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 12. art. 1. colum. 2. vers. notetur etiam. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 1. Viualdus candelabro Sacram. 1. par. ubi de matrim. nu. 96. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonij, ubi de impedimentis tantum impedimètis numer. 7. Vega dicens esse omnium. 2. tomo summae cap. 5. casu. 2. Fundamentum huius limitationis melatet. Ideo omnino dicendum est, nil referre, siue uiuo, siue mortuo coniuge is incestus admittatur, utroque etenim casu hoc impedimentum incurritur. Est enim textus expressus id decidens, quando vxore defuncta is incestus admittitur, capit. transmissa, de eo

qui cognouit. confanguin. idq; apertissime sententiæ Palud. 4. d. 3. q. 1. art. 2. n. concl. 2. & ibi Supplementum Gabrielis quæst. vnica. art. 1. Gaeta repetitione cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295. vbi dicunt ad hoc impedimentum incurrendum nil referre, an adulterium reperitur cum incestu, nec ne. Et in proprijs terminis docent Sarmiento dicens rem esse manifestam, lib. 7. selectarum capit. 10. statim in principio. Ouandus. 4. dist. 41. disput. vnica, propositione 8. Petrus de Ledesma dicens rem esse certissimam, de matrimon. quæst. 58. artic. 4. verbo. 1.

13. Quinto limitatur, si incestus occultus non sit. Si enim occultus sit, inde non cõsurget impedimentum aliquod. Sic videtur sentire Abbas. c. litteris. num. 2. vers. & ex hoc, de praesum. vbi sit hanc esse penam delicti incestus, qualitercũq; de eo constat. Et tenet Angel. verb. incestus. n. 4. & referat, nec improbat, & sic videntur eam tenere, Syl. verb. luxuria. q. 4. dist. 1. Sorus. 4. d. 37. q. vnica. c. col. 3. vers. circa hos. Et tenent Emman. Sa. sum. verb. matrimoniu, vbi de impedimentis tantu impedimentibus. nu. 7. Ludo. Lopez. 1. p. in fr. c. 296. §. nũc super ead ad textu. Ceteru ab hac limitatione recedat in simili, circa petitione debiti, lib. 10. disp. 27. nu. 2. & nũc circa hoc impedimentum, recedo. Quod nullo iure probari videat. Præterea, quia cum incestus sit eius natura, vt semper occulte committatur, ratio esset locus huic impedimẽto. Et ita suffinet gl. c. qui dormient verb. neutra. 32. q. 7. Castro lib. 2. de lege penali. c. 5. §. rursus quinto argumento. Gutierrez quæstionibus canonicis, lib. 1. c. 23. nu. 8.

14. Tandem temperatur, vt tunc incestus impediatur, quando præcesserit iudicis sententia circa illud. Id enim videtur placere Palacios. 4. d. 3. 4. disput. 2. fin. circa hoc, & circa cætera crimina quæ impediunt. Et Si manca lib. instituit. catholic. rit. 9. nu. 202. ait loquens de incestu, incertum esse an in hanc penam incidatur ante iudicis sententiam. Ceterum quæstione hac hinc inde disputata, dicam non desiderari sententiã, vt incestuosus hic priuatur iure petendi debitum, lib. 10. disp. 30. nu. 1. Et ob easdẽ rationes sentio necad incurrendu hoc impedimentum desiderari. Sicut non desideratur ad incurrenda impedimenta dirimentia criminis, Et ita sentiunt Castro nu. præcedenti allegatus, Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 58. ar. 4. fine.

Potissima autem difficultas in hac disputatione tractanda, est. An incestus cũ proprijs confanguineis impedimentu hoc matrimonio cõtrahendo præstet. Id enim multi affirmat. Ducitur primò per. c. si quis viduam. 32. q. 7. quod est ex concilio Moguntinensi, ibi: *Si quis viduã vxorem duxerit, & postea cũ filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, &c. eos disiungi, & vitæ eius nunquã in coniugio copulari præcipimus* Et c. de incestis. 35. q. 3. quod est ex concilio Agathensi. c. 61. ibi: *Incestuosos nullo coniugij nomine depurandos, hos censemus esse, si quis frater germanã vxorem acceperit: si quis consobrina sua se sociauerit*. Et c. si duo. 35. q. 6. in fine, quod est ex concilio Vrbari Papæ, vbi dicitur cõfanguineos cõmitentes incestu alia matrimonia cõtrahere non prohibèdos esse, si iuuenes sint, vbi glof. verb. nõ prohibeantur, ait ratione iuuentutis, vel ipso iure, si ignoranter coniuncti sint, &c. fin. 35. q. 8. quod est ex concilio Aurelianensi, vbi est sermo de incestuosis manentibus in incestu, & concluditur in fine capitis sic. *Et si alter eorũ morte præuēsus fuerit: alter autẽ diu viuũt, sine spe coniugij maneat*. Secũdò qd Sylus curia feruet, dũ dispensat cũ cõfanguineis incestus inter se reis, vt in eandẽ matrimoniu, addere clausulã, vt altero eorũ defuncto, superstes non cõtrahat aliud matrimoniu. Ergo censet cũ in cestu esse impedimẽtu. Tertio quod incestus cũ affinitibus nullo subsistẽti matrimonio, sit impedimentu (vt num. 7. diximus.) Cur ergo de negandũ erit de incestu cũ cõfanguineis, qui peior est? Et ex neutro producitur finitas cũ coniuge. Et hæc sententiã est valde probabilis. Quã sustinent glof. final. d. c. de incestis. Alexander de Neuo. c. 2. n. 7. de eo qui cognouit. cõsang. Palud. 4. d. 3. q. 1. art. 2. n. 13. cõcl. 2. Alesius sum. 2. p. lib. 8. tit. 20. art. 1. initio. Angelus. verb. incestus. n. 5. fin. Rebuffus praxi beneficiorũ, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, glof. 5. n. 26. Sorus. 4. d. 37. q. vnica. ar. 1. paulò post 1. conclus. Nauar. sum. Hispan. c. 22. n. 75. & melius Latina. c. 22. n. 74. vers. Contrariu verò: & lib. 4. cõsistorum, in 1. edition. tit. de sponfalibus, conf. 17. n. 2. in 2. verò tit. de eo qui cognouit cõsang. consil. 1. nu. 22. Lex. 13. tit. 2. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. cõsuparieta, in fine, dicit fortè standũ esse hac opinione: quod ea lex, & Doctores iuris canonici sic ipsum explicant, quãuis id expresse nõ dicat ius canonicu. Castro lib. 1. de lege penali. c. 7. triplici col. ante finẽ,

15. §. ex hoc tertio documẽto, paulò post principium. Sarmiento lib. 1. selectarũ. c. 9. n. 3. & clare loquitur de incestu cũ cõfanguinea sua: vt constat ex. n. 1. vbi proponit casum. Et lib. 7. c. 10. ad fin. quæstione hac latius disputata, eã indecãim relinquit, dicens se desiderare sedis Apostolicæ declarationẽ. Anton. Cucus lib. 5. instituit. maiorũ tit. 12. n. 27. Cord. lib. 1. quæstionarij. q. 12. ar. 1. opinion. 3. Gaeta repetition. cad minima. 30. q. 1. §. 4. n. 295. Petr. de Ledesma de matr. q. 58. ar. 4. dubio. 2. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Mañuel. 1. tom. summæ. 2. editio. c. 229. cõcl. 3. nu. 3. Vega. 3. tomo summæ. c. 5. casu. 3. & in hæc inclinat supplementũ Gabriel. 4. d. 3. q. vnica. art. 1. quãuis vtramq; referat, & neutram definiat. Fauet Abbas. c. 1. nu. 2. de eo qui cognouit cõsang. vbi ait esse penam committentis crimẽ incestus, priuari facultate contrahendi matrimoniu: & statim addit incestu propriè committi cũ cõfanguineis vxoris, vel proprijs. Fauent etiam Host. eo. c. 1. ad finem, Abulensis. c. 5. Mat. q. 200. Vgolinus de Sacramentis, vbi de matr. c. 20. n. 1. vbi generaliter, & indistinctè incestuosos interdicti matrimoniu assueant. Addit; Sorus proximè citatus nil referre, ante, an post matrimoniu is incestus commissus sit.

16. Verum probabilius reputo huiusmodi incestum minimè impedire matrimoniu. Quod hoc sit pœna, & perinde restringendum. Textus autẽ qui id impedimentu statuit, non loquitur expresse de incestu cũ cõfanguineis proprijs (vt fatentur Greg. Lopez, & Castro aures contraria sententiæ.) Deinde, quod licet hic incestus sit in se grauior, at non ita offendit matrimoniu, cũ ex illo nõ pullulat affinitas, nec impedimentu matrimonij vsus. Et ideo hanc sententiã expresse tuerent. D. Tho. 4. d. 3. q. vnica. ar. 5. in solutione ad argumenta. Et ibi Ricard. ar. 4. q. 2. ad 1. Turrec. c. quæ dã cũ fratre. 32. q. 7. n. 2. in solutione ad. 3. vbi proposito argumento, incestum cũ cõfanguineis proprijs esse peiorẽ, & non producere hoc impedimentu: respondet, incestu non tam esse impedimentu ratione culpæ, quã ratione affinitatis ab ipso ortæ, quæ ex solo incestu cum cõfanguineis coniugis oritur. Et in corpore articuli explicantes hoc impedimentum, dixerunt esse incestu cum coniugis cõfanguineis. Eandem tenent. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Rosell. verb. impedimentu, impedimento. 8. n. 18.

& c. 19. Syl. matrimon. 7. q. 6. dicto. 3. Caiet. sum. verb. matrimoniu. c. 1. §. secundũ verò caput: & expressius, ac melius. 2. 2. q. 154. art. 9. column. 2. §. ad 2. obiectionem. Armilla verb. matrimoniu nu. 57. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. in principio num. 4. Alexander Carrerus de sponfalibus, lib. 5. c. 22. (habetur tom. 9. tractatum.) Veracruz 1. par. specul. artic. 2. 3. Itatim in principio, conclusi. Celsaia. 4. dist. 3. quæstion. 3. ad finem: & ibi Palacios disput. 2. vers. verum vt ad nos redeamus. Ouandus. 4. dist. 41. disput. vnica, propositione. 11. Mattingo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glof. 1. nu. 138. Enriquez lib. 12. de matr. cap. 2. nu. 4. initio, Toledo lib. 5. summæ cap. 12. nu. 4. Bartholomæus u. Ledesma de matr. dubio. 50. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matr. nu. 95. Ludouicus Lopez 7. p. instruct. capit. 296. §. pro resolutione, & 2. par. vbi de matr. cap. 46. impedimento. 5. Et dicit probabilẽ Petrus de Ledesma nu. præcedenti allegatus. Et fauent. D. Bonau. 4. d. 3. art. 3. q. 1. Rainerus. 2. par. summæ tit. de matr. c. 16. Petrus de Soto lect. 14. de matr. §. huic impedimẽto: Maiolus lib. 3. de irreg. c. 23. nu. 16. §. minima impedimenta. Angles floribus. 1. p. de matr. q. 1. de impedimẽto ordinis, art. 1. in principio, Lancel. instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione. §. si quis autẽ vers. si quis autẽ Grass. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 80. nu. 10. & c. 85. n. 275. Emmanuẽl Sa. summa verb. matrimoniu, vbi de impedimentis tantu impedimentibus nu. 7. nã explicans hoc impedimentum, di cunt esse incestum cum cõfanguineis coniugis.

17. Ad argumenta nu. 15. proposita respondetur. Ad primũ dicitur. Castro. n. præcedenti allegato. c. si quis viduã, non de omni cõiugio loqui, sed de solo coniugio incestuosu inter ipsos cõfanguineos contracto, & iudicatur id matrimoniu ita separari, vt amplius ad talẽ copulã incestuosam nõ veniant. Ad c. de incestis, dicitur. Caie. 2. 2. q. 154. art. 9. column. 2. §. ad 2. obiectionem, sola coniugia incestuosa ibi reprobari, nimirũ, cũ cõfanguineis, vel affinitibus: diciturq; nõ posse hos veniã impetrare, nisi ab his coniugis separentur: atque ita in fine subiicitur textus hæc verba. *Sane quibus cõiugiu illicita interdicitur, habebunt inueniã melioris coniugij libertatem*. Ad cap. si duo, dicitur. Caie. ibidem, & Palacios. 4. dist. 34. disput. 2. columna. 6. vers. at scio, id non esse definire, vt si ij iuuenes non sint, in interdicte illis

matrimonium: sed solum causam assignare, cur illi volentes ad nuptias trāsire, prohiberi minimè sint. Quare non ob id alijs admittitur ea facultas. Ad cap. finale, dic ibi iniungi solemnem penitentiam pro tempore totius vitæ incestuoso, qui præcedentibus monitionibus de quibus sit ibi mentio, non respuerit: & cum solemnis penitentia dum durat, sit matrimonij impedimentum (vt diximus dispur. 6. num. 10.) ideo interdicitur matrimoniu. Quare glossa sibi. verb. maneat, dicit quid iuris sit in hoc casu dictum esse. c. hoc ipsum. §. de penitentibus. 33. q. 2. vbi verb. de penitentibus, disputat quando solemnis penitentia matrimoniu impedit, quare nil facit contra nos. Quia non erit impedimentum ra-

tione incestus, sed ratione solemnis penitentia, vbi illa imposita fuerit, quæ iam minimè est in usu (vt diximus ad disp. 6. n. 10.) Ad secundū, dic cum Palacios proxime citato, stylum curiæ nõ probrare hoc esse impedimentum. Põtifex enim concedens dispensationem, id grauem illis imponit, vt homines ab incestu cohibeantur. Quobrem ij quibus impositū fuerit, tenebuntur eo impedimeto, virtute eius solus precepti Pontificij. Ad tertiu, dic non omnem incestum cum affinibus, id impedimetur præstare: sed eum solum, qui est cõ matre, & filia, ob enormitatē criminis. Et quia est textus expressus id disponens. Quælis non inuenitur in incestu cum consanguineis. Quod constat ex dictis. nu. 7.

DISPUTATIO DECIMASEXTA.

Vtrum vxoricidium, ac viricidium, matrimoniu contrahi impediunt?

SUMMARIUM.

Vxoricidium impedit, sed non dirimit matrimonium, nu. 1.
Id habet verum, licet vxorem deprehensam in adulterio vir propria auctoritate occidat, nu. 2.
Reprobantur Doctores oppositum asserentes, numer. 3.
An idem dicendum sit, quando auctoritate iudicis adulteram necat? nu. 4.
An è contra viricidium sit impedimentum? Refertur quadam sententia, nu. 5.
Proponitur contraria sententia Auctoris numer. 6.
Soluuntur argumenta, nu. 7.

Disputatio præsens non est de vxoris, aut viri interfecione, animo ad aliud matrimonium trāsferendi facta. Hęc enim disputatio ad impedimētum criminis quod matrimonium dirimit, pertinet. Disputatio ergo præsens est, quæ de alia causa subest, vt ires, odij, vindictæ, adulteri. Et quidem, vxoricidium tunc esse impedimentum, ne vir aliam ducere possit: non tamen dirimere matrimoniu probe inuitum, constat inter omnes. Idq; probat textus, c. interfectores. 33. q. 2. quod est ex Nicolao Pontifice desumptum, ibi: *Quibus penitentibus coniugiu denegatur.* Et ex. c. admonere. 33. q. 2. quod est Stephani, §. Pontificis, vbi reprehendens

Astulphū, quod vxorem occidisset, sic ait. *Vxorē numquā ducere audeas.* Et. c. quicunq; eadem. q. & causa, quod est Pij Pontificis, ibi: *Qui usq; propria vxorē, absq; lege, vel sine causa, & certa probatione interfecerit, aliaq; duxerit vxorem, publicam agat penitentiam.*

Quod verum est, quauis maritus vxore in adulterio deprehensam enecet propria auctoritate. Quauis enim leges id impune permittant: at ius canonicum specans culpam mortalem in ea occisione reptam, eā minimè permittit. Quod denotat ea verba. c. quicunq; relata nu. præcedenti, absq; certa probatione. Et ita docent. D. Thom. 4. d. 37. q. 2. artic. 2. corpore. Et ibi. D. Bonau. art. 2. quæst. 3. Durandus. q. 2. art. 2. numer. 6. Ricardus art. 2. quæst. 2. Palud. quæst. 2. art. 2. numer. 9. Supplementum Gabrielis quæst. vnica, artic. 2. sine. Rainerius, 2. par. summæ tit. de matrim. cap. 14. Turrecap. interfectores. 33. quæst. 2. art. 2. num. 5. D. Antonius, 3. par. tit. 1. cap. 16. §. 4. Sotus. 4. d. 47. quæst. vnic. art. 4. conclusio. 2. Petrus de Soto lectione. 74. de matrim. on. §. huic impedimento. Palacios. 4. d. 37. disput. vnica, column. 8. vers. in alijs vers. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. ad finem, & cap. 14. nu. 2. initio. Bartholomæus à Ledesma dubio. 58. de matrimonio, conclus. 2. Vivaldus candelabro Sacrament. 1. p. de matrim. nu. 101. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. cap. 229. numer. 4. Vega. 2. tomo

summæ

summæ. c. 34. casu. 74. statim in principio. Hinc deducitur, minimè audiendos esse quosdã afferentes tunc non esse impedimētum. Quod impune permittatur, quauis non absq; culpa. Hi sunt Palud. sibi contrarius. 4. d. 34. q. 1. ar. 2. num. 13. Gaera repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 295. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus nu. 6. Sed dic permitti impune quoad pœnas ciuiles: at ne impediatur matrimonium, nõ reperitur textus id permittens.

4 Quando autem adulteram sibi traditam iudicis auctoritate vir enecat, minimè hoc impedimentum incurrit. Quod sit inductū in penam criminis vxoricidij, at tunc proptus culpa vacat. Idq; probant ea verba textus cap. quicunq; 33. q. 2. ibi, *absq; lege, absq; certa probatione.* Et clare significat. l. regia. 14. tit. 2. p. 4. vbi peccati grauitatem alseruit esse causam huius impedimenti. Atque ita tenent Sotus conclus. 1. Vega. Petrus de Soto, Palacios, Enriquez vtroq; loco, Bartholomæus à Ledesma conclus. 1. Vivaldus, Manuel nu. 2. allegati. Veracruz. 1. p. speculi, art. 24. conclus. 2. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. num. 139. Idq; a fortiori dicent Doctores, n. præcedenti allegati. Quare non est credendū Ouardo. 4. d. 37. disp. vnica, sine, vbi ait tunc esse impedimentum. Quod ius canonicum indistinctè loquitur, nec tradat adulteram viro necandã, sed ius ciuile id efficiat. At non est ei credendum, quia ius canonicum verè punit culpã vxoricidij: in eo autem euentu culpa abest. Nec oportet vt ius canonicum tradat adulteram viro, sed satis est, id iure ciuili disponi, non contradicere (vt verè non contradicere) canonico.

5 Dubitatur autem, an idem impedimētum ad matrimoniu incedum, incurrat vxor viri interfecione? Affirmant (& valde probabilius) multi. Quod sint correlatiua vir ac vxoris militet eadē ratio. In quo casu dispositum in vno, eferri in alio dispositū, probat ex multis Euerardus in suis topicis, loco à correlatiuis. Immo maior est ratio. Grauius quippe delictum est, si vxor viri interficiat, cui tanquam capiti debet reuerentia, & subiectionem. Et confirmatur, quia rationes propositæ à Stephano. 5. cap. admonere. 3. q. 2. vbi hoc impedimētum vxoricidij statutum est, procedunt etiam in viricidio, ibi. *Occidisti vxorem tuam partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi parciatam: filios tuos orphanos fecisti.* Secundo

hoc probant omnes rationes, quas disp. 12. nu. 2. attulit, ad probandum leges punientes virum feminæ raptorem, extendi etiã ad feminam viri rapticem. Et Doctores illius sententiæ idem dicent in hac questione. Et ideo hanc partem amplectuntur Palud. 4. d. 37. q. 2. art. 2. num. 10. & supplementum Gabrielis. 4. d. 34. q. vnica, artic. 1. impedimento. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Sotus. 4. d. 17. q. vnica. 1. vers. simplex item. Nauar. summa cap. 22. num. 74. Antonius Cucus lib. 5. institutio num. maiorum tit. 12. num. 25. Viguerius lib. Institutio num. cap. 6. §. 7. vers. 8. ad finem. Palacios. 4. d. 34. disput. 2. ad finem, in 3. impedimento versus. sunt qui putant. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. ad finem. Ludouicus Lopez. 1. p. instructo. vbi de matrim. c. 46. §. 6. tit. 6. impedimentum, Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Vivaldus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. num. 102. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. c. 26. nu. 3.

6 At veritas puto non esse impedimentum. Quod textus iuris canonici hoc impedimētum statuente de solo vxoricidio loquantur: sic et eadē ratio de viricidio, quia viricidium est rarissimū, & vxores nõ sunt propterea ad id, immo sunt timidæ: at vxoricidium est frequens, viriq; sunt audaces, & procliuiores ad id delictū perpetrandū. Quobrem ad virorū audaciam, & inclinationē cohibendã, ius canonicum pœnam hæc statuit viro interfecione vxorem, non autem è contra vxori virum necandū. Quam rationē extensius attuli, & ponderaui disput. 12. num. 25. vbi hac ratione, & alijs ductis sequens non penitendos Doctores, defendi pœnas viri raptoris feminæ, non extendi ad viri rapticē. Et ideo omnia ferè ibi allata concludunt ad hoc probandū. Et ita huius sententiæ sunt Syl. matrimonium. 7. q. 6. dicto. 1. Armilla verb. matrimonium nu. 58. Ledesma. 2. p. 4. q. 62. art. 2. paulo post principium. Veracruz. 1. p. speculi, art. 24. conclus. 3. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. numer. 140. & sequenti. Toledo lib. 7. summæ capit. 15. num. 3. Et hanc videretur sequi Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus numer. 6. quauis enim vtraque opinione relata, non expresset vtra sibi ardeatque refert hanc in posteriori locostque ita illam sequi videretur. Fauer etiam Doctrina. D. Thom. 2. dist. 37. quæst. 2. artic. 2. ad. 2. ibi. D. Bonauen. artic. 2.

H 3

quæst.

quæst. 2. corpore; Ricardi artic. 2. quæst. 2. ad vltimum. Turrecrem. c. interfectores, artic. 2. numer. 5. ad. 1. 33. quæst. 2. vbi opponentes matricidium esse grauius scelus vxoricidio; & tamen minime impedire matrimonium: respondent ratione esse, quod vir matrem reueretur, promitque sit ad vxoris occisionem: ad eiusque inclinationis repressionem est matrimonium interdictum, quod in matricidio non fuit necessarium.

Quæ ratio pariter militat in præsentī casu. Ad argumenta, nu. 5. proposita respōdetur. Ad primū constat ex dictis. n. præcedēti, vbi diuersam esse rationem probauit. Ad confirm. dic non eam esse totam rationem, sed vnā cum grauitate eriminis, facilitatem in viris ad id exequendum. Quæ tamē definit in præsentī casu. Ad secundum constat ex dictis ea disp. 12. num. 26. vbi illis rationibus satisfecit.

DISPUTATIO DECIMASEPTIMA.

Qualis culpa sit affectum aliquo impedimento impediēti, matrimonium inire: & quis dispōset: quo ve iure hæc impedimēta inducta sint: & an impediāt petitionē debiti, matrimonio cū aliquo eorū into?

SVMMARIVM.

Qualis culpa sit contra interdictum Ecclesie matrimonium conulari. nu. 1. Quæ contra priora sponsalia, aut votum? Reuisiue, nu. 2. An iure attentio, & seclusa consuetudine, sit mortale contrahere cum impedimento Catechismi, & criminum quæ solū impediunt? num. 3. An attentio consuetudine culpa sit? Refertur duplex sententia, nu. 4. & 5. Si consuetudo legitime præscripta sit, nulla est culpa, nu. 6. Non est opus eam consuetudinem scitam esse prælati, nu. 7. Ea consuetudo viget hodie. Et an doctōri affectu sit esse consuetudinem sit credendum, numer. 8. Hodie nulla est culpa cum impedimento quocūque impediēti, matrimonium inire, præter votum, sponsalia, & interdicitum Ecclesie, n. 9. Etsi dispensatio esset necessaria, cuius sit dispensatio? Refertur triplex sententia, numer. 10. 11. 12. Quo iure inducta sint hæc impedimēta: & quis dispōset in voti, & sponsalium impedimēto? nu. 13. Impediēti interdicit Ecclesie, ne matrimonium inatur, cui competat dispensatio? numer. 14. An ea sit inueni necessaria circa impedimentum incestus? nu. 15. & ibi quis dispōset in his impedimentis. An contrahenti cum aliquo impedimento horū, proter votum, inuēdicatur petitiō debiti? Reuisiue, nu. 16.



Vltimā manū tractatū de impedimētis solū impediētibz imponamus, sola superest disputatio præsentis, omnia illa complexiōis. Quæ duo petit. Prius est, qualis culpa sit, affectū aliquo eorū inire matrimonium. Posterior, quis in illis dispōsare valeat. Et circa priorē difficultatē, quod est in impedimētū interdicit Ecclesie: quia nūmquid, alicui interdicitur ad vterūque inire matrimonium: iuxta tradita hoc li. disp. 6. n. 6. Emman. Sa sum. verb. matrim. vbi de impedimētis nō dirimentibus, n. 1. refert aliquos Doctōres sentire esse culpā mortale cōtra illud cōtrahere: alios verō solā veniale, & nil decidit. Videtur tamē huic posteriori sententiæ adherere: cū illam referat in posteriori loco. Sed hanc sententiā nemi ne scriptā inueni. Et ideo esse culpā mortale, fatetur Palud. 4. d. 34. q. 1. ar. 1. cōcl. 4. n. 10. & d. 26. q. 2. ar. 2. cōcl. 5. n. 12. addēs idē esse de sponsalibus, si sit eadē ratio prohibēdi. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 16. in principio. Caiet. summ. verb. matrim. c. 1. §. & scito peccatum esse. Angelus matrim. 3. impedimēto, 1. nu. vnic. Syl. matrim. 7. q. 1. dicto. 3. Armilla verb. matrim. nu. 54. & 60. Tabien. verb. impedimētū, impedimēto 13. nu. vnic, statim in principio. Sotus, 4. d. 37. q. vnic. art. 1. col. finali, conclus. 5. Petrus de Soto lectio. 15. de matrim. huic proximum est. Nauar. summ. Latina, & Hispana. c. 2. num. 68. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorū tit. 12. n. 13. Margarita confessorū fol. 150. pag. 1. Matien. lib. 5.

recopil.

Recop. tit. 1. rubrica, glossa. 1. n. 146. Toledo lib. 7. summa. c. 14. n. 2. & c. 18. nu. 4. Ludou. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 46. §. prætera & annumeratse. Vivaldus Candelabro Sacram. 1. p. de matrim. n. 109. Barthol. ad Ledesm. de matrim. dubio. 59. fine. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 50. art. vnic. cōcl. 4. Quod probatur ex. c. finali, de matri. contracto contra interd. Ecclesie, vbi precipit excommunicari hunc. Deinde, quia res est grauis. Vnde miror, qualiter Veracruz. i. p. Spec. ar. 27. cōcl. 2. numeret inter impedimēta quæ vsu abrogata sunt, nec consuetum est illorum dispensationē potest, interdicitum Ecclesie: & ita ait eā consuetudinem excusare à mortali. Miror (inquam) quod nullibi possit esse ea consuetudo: quorsum enim iudex interdiceret ad tempus matrimonium, dū de impedimēti veritate discutitur, si id præceptum nullas obtineret vires: aut quæ consuetudo posset inducere, vt nondum ea discussione facta præceptum superioris iustissimū parui fieret? At existimo horum Doctōrum sententiam aliquantulum temperandā esse, non enim semper erit culpa mortalis, contra id interdicit cōtrahere: sed attendenda est causa prohibitionis, & iuxta eam res hęc merienda erit. Quis enim dicit esse mortale, quando solū ob honorē diei solti est prohibitio? aut si causa alicuius impedimēti obiecti, & contrahentibus constat falsū positum esse: Vnde caute Petrus de Ledesma non dixit semper esse peccatum mortale, contrahere contra interdicitum Ecclesie, sed aliquando. De prioribus sponsalibus, an sub mortali aliud inire matrimonium impediāt: dixi lib. hoc. disp. 6. n. 7. Et de voto, disput. 11. num. 8. remisit. De alijs verō impedimētis impediētibz, quæ retri disp. 6. num. 5. Si ea inde consuetudinē minime abierint, sed seruetur rigor iuris illa statuetū, nō constat an obligatio peccatum esse. Qui Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. ar. vnic. fine, dicit nō esse mortale cū his impedimētis matrimonium inire, sed veniale. Quod non tāti momenti existimetur ab Ecclesia. Quod testatur, transgressores non puniri à prælati. Et Toledo lib. 7. summa. c. 18. n. 4. & cap. 15. fine, licet inclinēt in eam partem, vt sit mortale, at aliquantulum dubitat, nec affirmare audeat. At verius existimo, culpam esse mortalem. Quia contrahentur iuri in re graui. Atque ita docent Palud.

4. d. 34. q. 1. ar. 2. n. 14. D. Antoni. 2. p. tit. 1. c. 16. §. 4. fine. Rosella verb. impedimētū, impedimēto: 3. in fine principij. Sylu. matrimonium. 7. q. 6. dicto. 2. Sotus, 4. d. 37. q. vnic. ar. 1. colūna vltima, vers. tandē ad pacēdas. Petrus de Soto Lect. 14. de matrimonio. §. penult. in fine. Nauar. summa Hispana. c. 2. n. 74. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 295. Viguierus lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 8. initio. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. c. 20. ad finem. Matrenzo lib. 3. Recopilationis, tit. 1. rubrica, glossa. 1. nu. 137. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1. Bartholomæus ad Ledesma de matrim. dub. 59. §. penultimū. Idg. clarē colligitur ex Caietan. summa, verb. matrimonium. c. 1. §. & scito peccatum esse: & ibi Armilla. n. 60. vbi solū excusant à mortali, quando consuetudo viguit, ne petatur dispensatio. Et loquentes de impedimēto incestus, idem tenent Ledesma 2. p. q. 50. ar. 4. paulō post princip. §. idē est lubium. Corduba summa. q. 53. §. yfena. Gutier. lib. 1. q. canon. c. 23. n. 5. Toledo lib. 5. summa. c. 12. n. 3. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 129. n. 2. Vega. 2. tomo summa. c. 5. casu. 4. fine. Difficultas autem est, quid hodie sentitū sit etrā hæc impedimēta, atrēta consuetudine: Quidam enim censent nō valere consuetudinem contrariam ad excusandū à culpa lethali, nisi cōstet Episcopos id sciant dissimulasse. Fundamentū sue sententiæ nullum afferunt. Sed fortē illud erit, consuetudinē non habere vires ad legem abrogandā, nisi scita sit à Principe. Ita Palud. D. Anton. Rosella, Sylu. nu. præcedēti allegati. Nauar. summa Hispana. c. 22. nu. 75. Et videtur tenere Gutier. lib. 1. q. can. c. 23. nu. 14. ait enim non esse necessariam dispensationem, vbi est consuetudo nō petēdi dispensationē scientibus prælati. Alij docent eā consuetudinem excusare à mortali, vbi obtinuit ne petatur dispensatio super his impedimētis. Quod Ecclesia id patiens cōstat dispensare. Vnde nō videtur hęc sētētia excusare à veniali. Nec affirmat sit consuetudo, nec ne. Ita Caiet. Armilla, Petrus de Soto nu. 3. allegati. Sotus. 4. d. 37. q. vnic. art. 1. colūna. 3. vers. circa hos autem. Bartholomæus ad Ledesma dubio. 59. de matrim. §. anotate hęc oportet. Loucocus Lopez. 2. p. instructorij, de matrim. c. 46. circa. 5. impedimētum. Prima tamen conclusio sit. Si cōstuerdo viguit, vt cū his impedimētis, nulla petita

H 4 dis.

dispensatione, matrimonium in eatur, prorsus vacat culpa illud inire. Constat, quod consuetudo vires habeat ad abrogandam legem Ecclesiasticam, c. finali, de consuetud. quæ sola hæc impedimenta induxit (vt dicemus nu. 13.) & ea consuetudo ab omni culpa excusat, cum legē abroget, quæ culpam inducendæ ob eius transgressionem, causa erat. Immo & posse consuetudine impedimenta dirimentia aboleri, probauimus hoc lib. disp. 4. nu. 13. Et ita docent Maiolus lib. 3. de irregularitate. c. 25. num. 16. 5. crimina impedimenta matrimonium. Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 12. art. 2. dicto. 3. Manuel. i. tomo summa. 2. editio. c. 29. nu. 3. Eiusdemq; sententiæ sunt alij Doctores, qui quauis culpæ non meminerint, asserunt tamen stante consuetudine non petendi dispensationem, eam non esse necessariam. Si enim sentirent esse culpam saltem venialem, peterent utiq; dispensationem, quod ea culpa caueretur. Hi sunt Sarmiento lib. 7. Selectarum. cap. 10. fine. Palacios. 4. d. 34. disp. 2. col. 11. vers. cæterum fortè. Ouadus. 4. d. 41. q. vnica, propositio. 12. Corduba summa. q. 53. §. y sepa. Grafis. 1. p. decisionum. lib. 2. c. 80. num. 13. Et quauis de solo incestu sermonem habeat: at à fortiori de reliquis idem dicerent: inter omnia enim crimina solum impedimentum, primas obtinet, ac maius impedimentum est incestus (vt bene docet Enriquez lib. 12. de matr. c. 2. nu. 2.) & Naua. summa lat. c. 22. nu. 75. id de incestu docet: & de alijs num. 85.

7 Secunda conclusio. Nō desideratur scientia prælatorum vt ea consuetudo vires obtineret: aduersus hæc impedimenta, & hodie liberet à culpa contrahentem cum illis absq; dispensatione. Constat ex dictis hoc lib. disput. 4. nu. 14. vbi probauimus nunquam eam scientiam desiderari, quauis sit circa sacramentalia: ac textus dicat, nō obstanti quacumq; consuetudine. Nedom vbi ea verba non adiunguntur: vt contingit in textibus inducentibus hæc impedimenta.

8 Tertia conclusio. Iam diu ea consuetudo inualuit, vt affectus aliquo ex his impedimentis minimè petita dispensatione inæpate matrimonium. Quod inde constat, quippe Doctores antiqui, & neotherici, & sancti insignes, qui in diuersis orbis partibus scripserunt, ac versati sunt, eam consuetudinem legitime præscriptam esse testantur, cōseijs ac conuictibus prælatis (quauis hoc nō desideretur, vt dixi nu. præcedenti) & præ-

sertim Nauarrus qui varias regiones longè inter se distans peragravit, ac centesimum vitæ suæ annum compleuit, semper studijs intensissimè vacans, ac vndiq; circa consuetudinis questionibus consultus, & Romæ tandè diu moratus est, quod ex vniuersis orbis partibus diffusæ questionibus de defertur, & tamen affirmat summa latina. c. 22. nu. 75. loquens de incestu, & nu. 85. loquens de alijs impedimentis, se in tanta ætate nec vidisse, nec audisse peti dispensationem: & ita eam consuetudinem præscripsisse ne dispensatio necessaria sit. Deinde, quod Doctori excellenti testanti consuetudinem, crederi debere, non petendi Auctores affirmant, ac bonis rationibus ducti; vt Bartolomeus repetitio. l. de quibus, nu. 21. q. 4. ff. de legibus. Iason. l. filius à patre, in principio. n. 27. ff. de liberis, & posthu. Antonius Gomez. l. 41. Tauri numer. 4. Et multi alij quos refert Mascardus de probat. conclusionem. 426. nu. 1. & duplici sequenti. Et quauis id valde dubium sit, ac meritò impugnetur à Iafone sibi contrario. d. l. de quibus nu. 89. Berio. c. potuit nu. 80. de locato, quando consuetudo est contraria, & Nauarro. c. placuit, de penit. d. 6. à nu. 186. & à multis alijs quos refert Mascardus eadem concl. 426. nu. 4. & sequentibus. Quod quæ facti sunt, vt consuetudo, pleriq; etià prudentissimos fallant. l. 2. ff. de iuris, & facti ignor. Idq; etià probant alie rationes, quas ibi Mascardus affert. At vbi communiter doctores id testantur, & nemo contrarium asseruerat, est utiq; habenda fides, vt multis citatis probat ibi Mascardus, nu. 17. & sequentibus. Quod hic contingit: nam multi huius consuetudinis testes sunt, quos statim referam: & neminem inueni contradicentem: nec vidi Doctorem referentem alios qui eam consuetudinem esse negent. Præterea, quia Sotus. 4. d. 37. q. vnica, ar. 2. col. penul. fine, vers. & reuera: & Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 296. §. nunc superest ad textus, aiunt, cum ferè omnes textus hæc impedimenta inducentes, sint ex concilijs prouincialibus desumpti, quæ auctoritatem condendi legem vniuersalem minimè habent, nil mirum esse, si iam nunc temporis non tanta eorum habeatur ratio: & fortè olim in vsu fuisse quoad penitentiarum forum, vt confessarij illas penitentias iniungerent: eumq; morem iam diuturna consuetudine abolitum esse. Et ita eam esse consuetudinem testantur Verbecius, & Rodensis, quos refert, & sequitur Angelus

matri-

matrimonium. 3. impedimento. 9. initio. Rainerius, quem refert, & sequitur Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 20. art. 1. fine. Monaldus in summa, vbi de matrimonio tit. quæ crimina matrimonium impediunt, vers. item quauis prædicta. Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 9. q. 1. Alberic. in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum. 8. paulo post principium. Turrec. c. nullus. 31. q. 1. nu. 3. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 35. q. 1. fine. Nicolaus de Ofmo in supplemento summae Pisanæ verb. impedimentum. 8. nu. 1. Naua. summa latina. c. 22. nu. 75. & 85. & lib. 4. consil. in. 1. editione tit. de consanguinitate, cons. 2. fin. & in. 2. tit. de cognat. spiritali, cons. 8. nu. 8. Antonius Cucus lib. 5. institutionum matrimonij tit. 12. nu. 30. Gaeta repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 408. Veracruz. 1. p. speculi, artic. 27. concl. 2. Corduba lib. 1. questionarij, q. 12. art. 2. dict. 3. Angles floribus. 1. p. vbi de matrimonio. q. 11. de impedimento ordinis, art. 2. in principio, dicens fortè non esse in vsu. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij, c. 296. §. nunc superest, notabili. 2. & 2. p. vbi de matrim. c. 46. circa 5. impedimentum. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. in commento, littera. R. (dicet, nu. 2. non absolute dicat esse consuetudinem, sed apud quasdam regiones.) Et Sarmiento lib. 7. selectarum. c. 10. fine, ac Emmanuel Summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus, sine referunt aliquos testari hanc consuetudinem, nec improbant: vnde videtur idem sequi.

9 Ex his deducitur, nullus culpæ reos esse, qui affecti aliquo ex his impedimentis, matrimonium absq; dispensatione inuenti. Constat ex dictis, nam si non peccant stantè consuetudine (vt nu. 6. probaui) & est talis consuetudo (vt dixi nu. præcedenti) non igitur peccant. At qui sentiunt viri docti sumi neotherici, & omnes Doctores num. præcedenti allegati sunt, clarè huius sententiæ, cum eam consuetudinem referentes non improbant. Immo hoc est verum, quauis amplectamur sententiam rigidam num. 4. relata. Quippe hæc consuetudo scientibus præheris est inducta: tantum enim temporis vsu ignorare non poterunt. Vnde propter hanc consuetudinem iam hodie sola impedimenta voti, sponsalium priorum, ac interditi Ecclesie vim habent.

10 Circa posteriorem difficultatem, nimirum, stantibus impedimentis his in suo ro-

bore, quis dispeset in illis? Nō est multum in eam morandum, si quidem iam non obligare propter consuetudinem firmauimus. Et breuiter triplex est dicendi modus. Primus est, vt in incestu (de hoc enim solo impedimento loquitur) vero, nempe, admisso cum consanguineis vxoris post consummatum in matrimonium, solus Pontifex dispeset, vt incestuosus in eatur matrimonium: nisi ratione iuuentutis, quo casu dispensare poterit Episcopus, per. c. si duo. in fin. 35. q. 6. Secus si incestus nō sit vere, & proprie talis, vt cum consanguineis sponset nondum cognita. Quod. c. 1. de eo qui cognoscat, concedat in hoc euentu posse ex dispensatione matrimonium iniri: & cum non referretur, censetur Episcopo commissa, iuxta regulam communiter à Doctribus traditam. c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs. Sic Abbas cap. 1. nu. 4. de eo qui cognoscat, confang. & ibi Præpositus in fine. Alexander de Neuo, c. 2. eo. rit. num. 7. Angelus verb. incestus nu. 6. Sylu. verb. iuxta. q. 4. dicto. 5. Rebuffus praxi beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, gloss. 5. nu. 26. & idem Alexander de Neuo, Angelus, & Rebuffus ibi docent, quando incestus est commissus cum proprijis consanguineis, nempe, non posse Episcopum dispensare. Quod verè, & proprie incestus sit.

11 Secundus dicendi modus est, si incestus sit iuuenes, eos non indigere dispensatione ad contrahendum. Quia, c. interfectores. 33. q. 2. statuent interfectorem vxoris non posse aliud matrimonium inire, excipit iuuenes. Ita gloss. 33. q. 2. c. in adolescentia verb. regulam. Veracruz. 1. p. speculi, ar. 23. in dubio quod de hac remouet, conclus. 2. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 23. nu. 13. Corduba lib. 1. questionarij, q. 12. art. 2. dicto. 2. Manuel. i. tomo summa. 2. editione. c. 29. num. 2. Et iuuenes appellantur Gutierrez, & Corduba, qui sexagenarij non sunt.

12 Tertius dicendi modus est, iuuenes quoque indigere dispensatione, at facilius cum eis dispensandum esse, ob incontinentiam periculum. Et sic intelligitur. c. interfectores 33. q. 2. dum excipit adolescentes. Et capit. 33. q. 2. ibi, *Nabat si se continere nō potest.* & c. in adolescentia, eadem causa: & q. iuncta glossa verb. in adolescentia: & cap. ex litteris, de eo qui cognoscat, confang. iuncta glossa finali. Ita Palud. 4. d. 34. q. 1. art. 2. nu. 14. Et consentiunt Doctores nu. 10. allegati, qui solum ratione iuuentutis concedunt

posse

posse Episcopum dispensare. Et fauet glossa capit. 1. de eo qui cognouit confang. sine vbi dicit ratione iuuentutis facilius dispensari.

13 Sed primò dico, omnia hæc impedimenta non dirimètia esse iure Ecclesiastico inducètia, præter sponsalia priora, & votu: quæ iure naturali, & diuino obligant fidem seruari, illa homini, hoc deo: & proinde iure eodem impediunt matrimonium: vt potest quod præstitit fidei aduersatur. Sic Caiet. summa verb. matrimonium cap. 1. §. secundum verò caput. Veracruz. 1. part. speculi, art. 27. paulò post principium. Nec potest Episcopus in sponsalium impedimento dispensare, vt bene docent, Caiet. eo. c. 1. §. & scito peccatum esse. Armilla verb. matrimonium num. 60. Sotus. 4. d. 37. quæst. vni ca. art. 1. columna vltima, conclusione. 2. Veracruz proximè allegatus. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. numer. 2. Ludouicus Lopez. 2. par. instruct. de matrim. cap. 46. circa 5. impedimentum. Quod idem probauit latus re hæc disputata alios allegans lib. 1. disput. 6. num. 3. & ibi. num. 2. probauit posse Pontificem dispensare. In voti autem impedimento quis dispensare possit, pertinet ad librum sequentem, vbi latus est de dispensationibus sermo habendus.

14 Secundò dico, in impedimento interdicti Ecclesiæ, posse Episcopum dispensare: quando ipse, vel inferior matrimonium interdixit, secus si superior. Quia inferior nequit legem superioris tollere, nec moderari cap. inferior. 21. d. clem. ne Romani, de elect. ar. propriam, aut inferioris potest, sic Angelus matrimonium. 3. impedimento. 18. nu. 3.

15 Vltimò dico, verius esse posse Episcopum dispensare in omnibus impedimentis alijs solum impedientibus. Quia licet nullum ius id exprimat, nisi de incestu improprie cap. 2. de eo qui cognouit confang. ar. consuetudo interpretatur ex similitudine rationis extendi ad alia quoque impedimenta. Et ita docent Palud. Rosella, D. Anton.

Sylu. numer. 4. allegati. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 18. numer. 3. Sotus 4. d. 37. quæst. vni ca. art. 1. column. 3. vers. circa hos autem. Nauar. summa Latina. cap. 22. num. 85. Bartholomæus à Ledefma de matrim. dubio. 59. §. annotare hic oportet. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. num. 295. Toledo lib. 7. summa. c. 15. sine, & cap. 18. nu. 5. Caiet. summa verb. matrimonium capit. 1. §. & scito peccatum esse, & ibi Armilla num. 60. Veracruz num. 13. relatus. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 2. Petrus de Ledefma de matrim. q. 50. art. vni ca. sine. Ludouicus Lopez. 2. par. instruct. vbi de matrim. cap. 46. circa 5. impedimentum. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus, sine. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. num. 110. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. cap. 20. ad finem. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. par. 2. lib. 2. cap. 4. ad finem. Et loquentes de incestu idem docent Nauar. summa Latina. cap. 22. num. 75. Sarmiento lib. 7. selectarum. cap. 10. ad finem. Ouandus. 4. d. 4. q. vni ca. propositione. 12. Guierrez lib. 1. q. canon. cap. 23. num. 10. & duplici sequenti. Corduba summa quæst. 53. §. y sepa. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. nu. 7. Petrus de Ledefma de matr. quæst. 58. art. 4. dubio. 2. paulò ante solutione ad argumenta. Immo fortè satis esse licentiam proprii parochi, docent Verbecius, Redellus, Altensis, Monaldus, Nicolaus, Turrec. Gaeta, Albericus, quos retuli num. 8. quod non approbo, quia fundamento caret: parochi enim non est dispensare. Cum iuuenibus autem credo facilius dispensandum, at reuera egere dispensatione: nisi iam consuetudine abolita essent prædicta impedimenta, vt bene docent Authores num. 12. allegati.

16 Vtrum verò affectus impedimentis impedientibus, esto ea valerent, si matrimonium inear, possit petere debitum? dicam lib. 10. disp. 27. nu. 5.



DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBVS.

DE IMPEDIMENTO ERRORIS

personæ, & conditionis seruilis.

DISPUTATIO DECIMA OCTAUA.

An error personæ, qualitatis, aut fortunæ dirimat matrimonium: & quo iure: & quando error qualitatis in personæ errorem redundet?

SUMMARIUM.

Quid differat error personæ, & erroris: & an verumque dirimat matrimonium?

Error personæ desiderat præuiam illius cognitionem, nu. 2.

Error est quadruplex, seu dolus, antecedens, concomitans, dans causam contractus, aut in ipsa incidens, nu. 4.

Error personæ dirimit matrimonium, nu. 5.

Quid, si sit concomitans, nec dans causam contractus, nu. 6.

Quid, si error sit crassissimus, nu. 7.

Error qualitatis non dirimit matrimonium, nu. 8.

An Ecclesiæ possit statuere vt is error dirimat, nu. 9.

Quod duplex questio disputatur, nu. 10.

An error personæ iure natura dirimat matrimonium? Refertur sententia negans, nu. 11.

Contraria aut horis, nu. 12.

Iniens matrimonium non tenetur dirigere consensum in presentem, sed in personam, quam putat esse, nu. 13.

Non valet matrimonium inter infideles cum errore personæ, nu. 14.

Ecclesiæ statuere nequit constare matrimonium cum hoc errore, nu. 15.

Soluntur argumenta, nu. 16.

An error qualitatis, seu dolus antecedens, & dans causam matrimonio ineundo, id vitiet? Proponitur quedam sententia, nu. 17.

Opinio aut horis, nu. 18.

Quid, si tantus esset dolus, vt consensum auferret, nu. 19.

An contrahens cum corrupta, quam virginem putat, teneatur consummare matrimonium? nu. 20.

Quid, si error qualitatis contingat apposita qualitate per modum conditionis, siue actu, siue virtute, siue habitu? nu. 21.

An Parochus assitens tali matrimonio, cogni-

ta deceptio circa qualitatem, incurras triennij suspensionem, nu. 22.

Quid, si error qualitatis redundet in personæ errorem? nu. 23.

Soluntur argumenta, nu. 24.

Quando error qualitatis redundet in personæ errorem? Refertur duplex regula, nu. 25.

Quoties qualitas non determinat indiuiduum personam, est error qualitatis, vt sum filius regis, nu. 26.

Si desinet indiuiduum, vt sum filius talis regis, est personæ, nu. 27.

Quid, si nulla noticia illius personæ præcesserit, nu. 28.

Quid, si femina scienti quæpiam multos habere filios, & neminem cognosceti, supponatur secundo genitus, tanquam primogenitus? nu. 29.

Quid, si primogenitus iam obierit? nu. 30.

Quid, si Rex plures habeat filios, & quis se illius filium simulet, vel si vnicum, id femininè lateat? nu. 31.

An differat, num ea verba, sum filius regis, sumantur substantiue, an adiectiue, nu. 32.

Quid, si animus erratis esset consentire in presentem? nu. 33.

Quid, si persona fingens qualitatem illam, esset antea contrahenti nota? nu. 34.

Quid, si diu de matrimonio ineundo conuenitur, velit contrahens sponse futuræ probritudinem inspicere? & alia supponatur? nu. 35.

Quid, si quis dicat se esse vnicum regis Franciæ filium, cum ille habeat plures, nu. 36.

An error nominis solius matrimonium vitiet? nu. 37.

Summatim explicatur quando error qualitatis in personæ errorem redundet, nu. 38.

Atenus de impedimentis solum impedientibus matrimonium, verba fecimus. Iam impedimenta dirimentia aggredimur: quorum